Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



27

cōmis sui corporis et desiderium vocationis credentium tribu-
isti ei contrendendo ut hoc sicut vellet impleret et petitiones
labiorum suorum que ex voluntate deliberata processerunt nō
fraudasti cum omnia que fieri iussit impleta sunt
Et hoc ideo erit Quoniam preuenisti eum benedictionis
gratie tue abundanti concepcionis posuisti in sup in eo honorem
et virtute regie dignitatis sup omnem creaturam
Vitam v resurrectionem gloriosam petiit a te longitudi-
nem et tribuisti ei accelerando resurrectionem et petiit a te
longitudinem dierum et tribuisti ei indeficientem immorta-
litatem in seculum seculi
Magna est gla xpi hominis in eius salutari resurrectione
demonstrata in qua innotuit potestas sibi data in celo et in tra
gliam et magnum decorem addes sup eum cum in celo ad dexte-
ram tuam collocaueris
Et vere magna est gla xpi hominis Quoniam dabis eum
in benedictione; hys qui in te credunt ut in ipo benedicant
omnes gentes sicut promissum fuit abrahe letificabis eum
secundum hominem in gaudio quod sui habebunt in visione
vultus tui
Et merito hoc erit Quoniam rex homo xpus ut humi-
lis corde speraret in dno solum et in mia altissimi exequen-
da pro eum humano generi non contrabit humilians se et
obediens usque ad mortem crucis
Propheta de punicione malorum
O rex xpe ex quo talis et tantus es Inueniat ultrix
potestas tua cum ad iudicium veneris puniendo petti omnibus
inimicis tuis qui eam in humilitate positam et miriam
patientem non cognouerunt et maiestas tua in iudicio
apparens inueniat ad punendum omnis qui te oderunt
Et sic erit quoniam Omnes eos superbos qui contra
regulas domini obstinata mente vixerunt similes